Ex Originali Arch: Regni

739.

Territoria Lublinense, Rosembergense et Gorzowiense, Przemislao duci Teschinensi, et Boleslao ac Przemislao filiis eius, à Spitkone de Molsten oppignorantur.

203

Nos Przemislaus, et Bolko Przemislausque nati eiusdem Theschynenses Dei gratia duces domini et hæredes, notum facimus universis quibus expedit, ad quorum notitiam præsentes nostræ literæ fuerint devolutæ, quod à valido milite Spitkone de Molsten palatino Cracovienvi, districtus ipsius videlicet Lyblynensem, Rozembergensem et Gorzowiensem, unà cum fortaliciis et opidis Lublynensi et Rozembergensi alias Olesznо, cum omnibus et singulis attinentiis, pertinentiis et appendiis universis, ad districtus, fortalicia et opida spectantibus prædicta, exceptis duntaxat duabus villis et hæreditatibus, videlicet Bernow et Koszoczin, quas pro se et suis hæredibus idem dominus Spitko cum omni iure et dominio reservavit, in mille marcis grossorum Pragensium numeri consueti Polonici, quadraginta octo grossos marca pro qualibet computando, accepimus, nobis obligatorio nomine assignata, sub modis et conditionibus infra scriptis: Quod si ratione prædictorum districtuum, fortaliciorum et opidorum, cum præfato domino Spitkone, aut ipsius hæredibus forum emptionis perpetuæ facere non poterimus ac inire, extunc quandocunque idem

dominus

dominus Spitko, aut hæredes eius, nobis aut successoribus nostris legittimis, mille marcas monetæ et numeri prætactorum, in Czeladz, aut in Szewor reposuerit, præfatos districtus, fortaliciaque et opida, cum omnibus et singulis attinentiis, pertinentiis et appendiis universis, ad prælibatos districtus, fortalicia et opida spectantibus, memorato domino Spitkoni, aut hæredibus et successoribus ipsius legittimis vesignare nos astringimus et pollicemur, sub puritate nostræ fidei et honoris, occasione, dolo, excusatione, dilatione, et articulis quibuslibet proculmotis. Ad quarum quidem mille marcarum portationem et reportationem in Czeladz aut in Sewor, treugas pacis Christi fidelium, et salvum conductum eidem domino Spitkoni et portatoribus earundem, nostro et nostrorum hominum quorumlibet, cuiuscunque status, gradus, conditionis et præeminentiæ existant, nominibus, damus, præbemus, conferimus et largimur. Si verò districtus, fortalicia et opida resignare domino Spitkoni, aut hæredibus ipsius distulerimus, tunc quilibet nostrorum supræscriptorum principum, tenetur duos nobiles et militales personas, quamlibet cum tribus equis Cracoviam ad unum consuetum hospicium destinare, ubi à prædicto domino Spitkone, aut suis successoribus fuerint demonstrati, ibique tam diu iacere, nec inde sub fide et honore exire, quousque domino Spitkoni et suis

succes:

successoribus prædicti districtus Lublynensis et Rozembergensis, et fortaliciorum et opidorum ple: naria facta fuerit restitutio. Si vero, quod ab: vit, prædictorum nobilium aliquem mori con: tingerit; extunc nos suprascripti principes te: nemur unum alium nobilem sibi loco eius: dem infra spatium quatuordecem dierum, ad prædictum hospicium cum tribus equis destina: re. Si vero restitutio prædictorum districtuum, fortaliciorum et opidorum infra spacium qua: tuordecem dierum post ingressum ad hospi: cium prædictorum nobilium facta non fue: rit; extunc dominus Spitko et sui succes: sores legittimi, debent et possunt nos supra: scriptos principes, prout ipsis competens si: debitur, secundum tenorem istarum literarum amovere, et nos prefati principes in nullo debemus eis se opponere et contrariari. In cu: ius rei testimonium nostra sigilla præsen: tibus sunt appensa. Actum et datum in By: thom in die undecim millia virginum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo.

Ja kopia przepisana z oryginału pargaminowego, dnia xx. Maja Ro: ku 1784. U dołu trzy pieczątki na zawiaskach pargaminowych wz zawieszone.